ILLVSTRISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO FRIDERICO DVCI

Wirtembergenſi & Teccenſi, Comiti Montis Belgarum, Domino in Saxenheim, &c. Häyden
Domino ſuo clementiſſimo.
S. D.

EA *pleriſque in facultatibus boniſque artibus per annos iam aliquot ab artificibus adhibita fuit diligentia, illuſtriſſime Princeps, Domine Clementiſſime: vt ſinguli Tractatus & libri de ſingulis materiis à diuerſis elaborati auctoribus, & diſtinctis in lucem temporibus ſeorſim editi, vnũ in corpus & volumen coacti, ſingularum artium & facultatum cultoribus exhiberentur. Quæ ſane res in eum potiſſimum ſuſcepta finem eſſe videtur: vt quæ ſcripta in ſingulis ſcientiis diſſipata lateque diſperſa iacerent: nec ſine moleſtia & ſumptu paſſim conquiſita legerentur: ea in vnum volumen ad hunc modum redacta, omnem totius artis, vel ſane præcipuum apparatum, veluti pulcerrimo quodam in theatro cum voluptate intuendum ſpectandumque ſtudioſis proponerent: vnde hi, tanquam ex horto*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn277991331/5
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG